UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici, Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

14. Exenteratio mortuorum in terris Catholicis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

Visual Library

uam vocem, ita vt non ipſe ad dignitatem v. g decanatum, Eccleſiaſticam valeat eligi, nec alium eligere: Religioſus inſuper excommunicationem Clementinæ 1æ. incidit, quæ mandat vt ſeruetur, Interdictum etiam ab exemptis ſi videant ſeruari in Eccleſia Cathedrali, niſi ſola aliqua in ſpecie interdiceretur, non autem totius Epiſcopatus Eccleſiæ, & cum his populus.

1æ. lib. 3. tit. VII. de ſepulturis.

XIV. *Exenterantes* mortuos propter conſeruationem, aut fruſtratim ſeu membratim concidentes, in aquis coquentes, vt oſſa carnibus nudata deferant, & ſepeliant in alio loco, aut id ipſum mandantes, quorum abſolutio Papæ reſeruatur.

Extrauag Comm: Bonifacii 8. Deteſtandæ, de ſepulturis lib. 3. tit. 6,

Si

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Si nimirum fidelis moriatur in terris Catholicorum, ſin apud infideles, aut locum penitus hæreſi infectum, vbi Catholicorum exercitium exulat, vt nulla ſpes foret ſepulturæ Chriſtianæ ſeu Catholicæ, etiamſi poſteà cadauer membratim ſecetur &c. Non eſt locus cenſuræ, aut ſi oſſa dilacerata, nudata, propter incommoditatem integri cadaueris (v. g. opportunius auehendum) piè ad fidelium terras traducuntur; ſub finem textus in cadauer defuncti quoq; cenſura deriuatur, vt nequeat humari ſecundum morem Eccleſiæ Catholicæ effectu conciſionis ſecuto &c. Quod præſumatur moriturus huic immanitati anſam, vel conſenſum præbuiſſe, ſcire enim potuit ſuo cadaueri hæc obuentura, ſi petiit in patriam deferendum. Enimuerò credibile eſt quod truncatum & dilaceratum corpus non debeat priuari ſepulturâ

niſi

niſi per ſententiam iudicis inno-teſcat illum in peccato mortali de-ceßiſſe, & ante mortem deman-dáſſe translationem (ſcienter) corporis, iure prohibitam.

Quod ſi exenteratio fieret honoris er-gò, v g in corpore Regis, Principis, Comitis, nè fœteat aut propter Æ-natomiam, quin etiam propter Superſtitionem, indignationem, o-dium non incurreretur Canonis cenſura, qui ſolùm exenteratio-nem prohibet, nè aliò transfera-tur, ſub ſpecie ſepulturæ conſe-quendæ.

XV. Simoniaci omnes qua-cunque dignitate præditi quâ Ec-cleſiaſticâ, quâ policiticâ: qui quo-modolibet dando, vel recipiendo ſimoniam [A] committunt, aut ſunt mediatores, vt ipſa fiat in Or-dine, vel beneficio. Et à ſolo Papa poſſunt abſolui Præterea per Si-moniam ad Ordines promoti, ab